Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588958-p0001-9

Angeb
zu Orig!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588958-p0002-5

DN

D

Ira lues poſtqu
Pallidaq; exan

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588958-p0003-1

Felici ad Lares patrios reditui

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET PRÆCELLENTISSIMI VIRI,

DNI. DONATI von Freywald/

Comitis Palatini Cæſarii.

DIVI MATTHIÆ ET DIVÆ ANNÆ, ROMAnorum Imperatoris & Imperatricis, &c.

Nec non

SERENISSIMI REGIS DANIÆ ET NORWEGIÆ CHRISTIANI IV. &c.

Archiatri & Conſiliarij

Domini, Patroni, ac Fautoris ſui Magni, Patrueliſq; obſervand.

Hanc læti, ob lætum in Fanum Honoris ingreſſum, & fortiter ſuperata tot tumultuum bellicorum in Auſtria Bohemia &c pericula, συγχάρματος Statuam ponit ac conſecrat

Chriſtophorus Freywald.

Dira lues poſtquam Latias vitiaverat oras,
Pallidaq́ exangui ſquallebant corpora morbo;
Mittitur auxilio afflictis Epidaurius Heros
Luctibus imponens finem, atq́ ſalutifer Orbi
Apparens, miſeris promtus ſuccurrere rebus.
Haud aliter Freyvvalde venis, mortalia poſtquam
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentûm
Compertum eſt, ægris reddens in priſtina vires
Exhauſtas, ubi jam ſtantes in limine vitæ
Exceptura ferox Libitina, ſecantibus atris
Pectore crudeli pendentia ſtamina Parcis.
Hinc opis en veſtræ cupida Oldenburgica proles,
Et qui magnanimus Danorum ſceptra gubernat.
Quin ceu Roma potens acceſit Apolline natum,
Dum quoſdam, ut peterent Epidauria littora, miſit;
Sic Freyvvalde ſuas vocat & Te Cæſar ad oras,
Cum procul hæreres Danorum in finibus, orbem
Laude implens totum, famâ ſuper æthera notus.
Nec minùs Albiacæ retinent qui Gentis habenas,
Quiq́ Altenburgi recolentes ſplendida tecta
De VVitikindéo deducunt ſanguine ſtirpem,
Auxilium novere Tuum, quàm promtus in arte
Pœoniâ valeas pallentes pellere morbos,
Si quando jaceat corpus ſine viribus ægrum,
Inq́ illud lethum ſua tendere ſpicula tentet.
Hìc omitto Ducem nigri bovis ora gerentem,
Cui ſe ſubmiſere Megalburgenſia prata.
Nec memoro Comites magnos, celebreſq́ Barones
Et reliquos, virtus quos commendavit avorum,
Queîs teneris ſuccis, ad opemq́ potentibus herbis
Reſtituiſſe audis vitalem luminis uſum,
Priſtinus ut membris vigor & valetudo rediret.

Teſtis eris Tu Dane mihi, Tu Friſia dives,
Tuq́ Boheme, & quæ turrito culmine Praga
Tantùm inter reliquas celebris caput exeris urbes,
Quantùm lenta ſolent inter viburna Cupreſſi.
Auſtria Clara tuum mihi Tu tandem adjice votum,
Ut quod vena nequit calamo comprendere agreſti,
Fama volanſq́ vehit ſpumantibus Albidos oris,
Voce tuâ firmes, lætiſq́ applauſibus addas.
Non ergò immeritò ſummo decoratus honore
Magne Fryvvalde clues membrum ſelecte PalatJ
Cæſarei, quo non ulli conceditur uti
Jure, niſi ſummis tangat virtutibus aſtra.
Hinc etiam pulchrè gaudes inſignibus auctis,
Queîs antiqua domus Freyvvaldia claruit olim.
Cum res geſta domi, properataq́ gloria rerum
Primitus efferret, meliori & ſorte locaret.
Quin Tagus aurifluo convexit & amne metalli
Congeriem, tua quò turgeſcant ſcrinia nummis,
Creſcat honorq́ novus firmo munimine nixus.
Nec ſatis hoc, centum Tibi larga immunia jura
Illuſtremq̀; locum tribuit Clementia Divûm.
Tantæ molis erit, Terreſtria Numina terræ
Conſervâſſe ſuæ, quò poſſint ducere vitam,
Ut niſi pro tanto dent munere dona viciſſim
Magna, ſatis meritis data vix ſit gratia digna.
Alme Deus, mundo qui talia Numina mittis,
Protege ceu propriis alis, ſervaq́ Fryvvaldum
Noſtrum, néve ulla inferat Ipſi incommoda clades
Proſpice, ſeu nox ſit, bifores & Luna feneſtras
Intret, ſeu magnus fundat ſua lumina Titan.
Serva Freyvvaldum, ventis dum vaſta tumeſcunt
Æquora, & ambitæ circundant littora terræ.

Menſe Martio, ANNO M. DC. XX.

LIPSIÆ, Typis Bavaricis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588958-p0004-6

1141
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

AB 180007

ULB Halle 3
002 378 078

Sb.

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588958-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588958-p0008-9

Felici ad Lares patrios reditui

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET PRÆCEL-LENTISSIMI VIRI,

DNI. DONATI von Frey

Comitis Palatini Cæſarii.

DIVI MATTHIÆ ET DIVÆ ANNÆ, ROMA-norum Imperatoris & Imperatricis, &c.

Nec non

ERENISSIMI REGIS DANIÆ ET NOR-WEGIÆ CHRISTIANI IV. &c.

Archiatri & Conſiliarij

Domini, Patroni, ac Fautoris ſui Magni, Patruelisq́; obſervand.

Hanc læti, ob lætum in Fanum Honoris ingreſſum, & fortiter ſuperata tot tumultuum bellicorum in Auſtria Bohemia &c pericula, συγχάρματος Statuam ponit ac conſecrat

Chriſtophorus Freywald.

Latias vitiaverat oras,
qvallebant corpora mor-

fflictis Epidaurius Heros
lutifer Orbi
urrere rebus.
nis, mortalia poſtquam
ſſe medentûm
priſtina vires
ine vitæ
tibus atris
a Parcis.
ldenburgica proles,
ſceptra gubernat.
polline natum,
uria littora, miſit;
e Cæſar adoras,
finibus, orbem
aude implens totum, fama ſuper æthera notus.
Nec minùs Albiacæ retinent qui Gentis habenas,
uiq́; Altenburgi recolentes ſplendida tecta
e VVitikindéo deducunt ſanguine ſtirpem,
uxilium novere Tuum, quàm promtus in arte
æoniâ valeas pallentes pellere morbos,
quando jaceat corpus ſine viribus ægrum,
q́; illud lethum ſua tendere ſpicula tentet.
Hîc omitto Ducem nigri bovis ora gerentem,
ui ſe ſubmiſere Megalburgenſia prata.
Nec memoro Comites magnos, celebresq́; Barones
t reliquos, virtus quos commendavit avorum,
ueîs teneris ſuccis, ad opemq́; potentibus herbis
eſtituiſſe audis vitalem luminis uſum,
riſtinus ut membris vigor & valetudo rediret.

Teſtis eris Tu Dane mihi, T
Tuq́; Boheme, & quæ turrito c
Tantùm inter reliquas celebris ca
Quantùm lenta ſolent inter vibur
Auſtria Clara tuum mihi T
Ut quod vena nequit calamo com
Fama volansq́; vehit ſpumantibu
Voce tuâ firmes, lætisq́; applauſib
Non ergò immeritò ſummo de
Magne Fryvvalde clues memb
Cæſarei, quo non ulli conceditur
Jure, niſi ſummis tangat virtuti
Hinc etiam pulchrè gaudes in
Queîs antiqua domus Freyvval
Cum res geſta domi, properataq́;
Primitus efferret, meliori & ſor
Quin Tagus aurifluo convex
Congeriem, tua quò turgeſcant ſ
Creſcat honorq́; novus firmo mu
Nec ſatis hoc, centum Tibi larga
Illuſtremq́; locum tribuit Clem
Tantæ molis erit, Terreſtri
Conſervâſſe ſuæ, quò poſſint duc
Ut niſi pro tanto dent munere do
Magna, ſatis meritis data vix ſ
Alme Deus, mundo qui tali
Protege ceu propriis alis, ſervag
Noſtrum, nève ulla inferat Ipſi
Proſpice, ſeu nox ſit, bifores &
Intret, ſeu magnus fundat ſua l
Serva Freyvvaldum, ventis d
Æquora, & ambitæ circundan
Menſe Martio, ANN

LIPSIÆ, Typis Bavaricis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-588958-p0009-8